

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Auctoritas et infallibilitas summorum pontificium - Cod. Ettenheim-Münster 97**

**Cartier, Gallus**

**[S.l.], 1732**

Caput Quintum

[urn:nbn:de:bsz:31-110772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-110772)

### Caput Quintum

Expenduntur testimonia  
ipsorum Romanorum Pontifi-  
cum, pro eorundem Suprema  
in Ecclesiam auctoritate  
ac in definiendis fidei et  
morum questionibus in  
fidelitate.

j. Quavis huiusmodi testes adducere videamus,  
qui in propria causa loquantur; non tam-  
men propterea illorum testimonia minus  
firma censeri possunt, aut debent; ut potè  
data à viris virtute eximia ac prestanti  
doctrina celebribus, et quorum pietas suspi-  
cari non sinit, illos in ea jura et privilegia  
involare, quæ sibi ubi pacto competere nec  
ipsi, nec traditio agnovissent.

Hæc insuper testimonia ipsi Romani  
Pontifices protulerunt in conspectu totius  
Ecclesie; atque continentur in Epistolis ad  
varias Ecclesias, imò Oecumenicis Conciliis  
directis, quibus nemo unquam contradixit;  
ita ut prope iam nunc agere videantur,  
qui eo argumento, quod ibi Summi Ponti-  
fices propriam causam tueantur, hisce  
monumentis auctoritatem totâ retrò anti-  
quitate stabilitam, detrahere adlaborant.

Quidni pari ratione Synodi Constantien-  
sis auctoritatem quis revocet; quod, cum  
se Pontifici Superiorem edixit, non minus  
in propria causa locuta fuisse perhibeatur.  
Et profectò, si antiqua Regum, Principum,  
et



referendum approbastis esse iudicium, si-  
 tes, quid Apostolicae Sedis, cum omnes hoc loco  
 profiti ipsum sequi desideremus Apostolum,  
 Debeatur iam quo ipse Episcopatus et tota  
 auctoritas nominis huius emerfit. Quem  
 sequentes, tam mala iam damnare novi-  
 mus, quam probare laudanda, vel in vero  
 quod Patrum instituta sacerdotali officio  
 custodientes, non censelis esse calcanda,  
 quod, ibi non humana, sed divina deus  
 vere sententia: ut quidquid, quamvis  
 de diffinitis remotisque provinciis agere-  
 tur, non prius ducerent finiendum, nisi  
 ad huius Sedis notitiam perveniret, ut  
 tota huius auctoritate, iusta quo fuerit,  
 monumentatio firmaretur: indeque hinc  
 rent cetera dulcissima, velut de natali ho-  
 fonte aqua unite procederent, et per  
 diversas totius mundi regiones puri ca-  
 pitis innoxpta manarent, quid praecipere,  
 re, quos abluere, quos veluti in cosno  
 inmundabili sordidatos, mundis digna cor-  
 poribus unda vitaret.

3. Haec vero Milevitanis Patribus inter  
 alia rescriptit: "Diligenter ergo et congrue<sup>ibid.</sup>  
 Apostolici consulis honoris arcana: honoris p. 504. b.  
 inquam ibius, quo praeter illa que sunt ex,  
 trinseus, sollicitudo manet omnium dulcissima,  
 rum, super ananis rebus, que sit tenenda  
 sententia:

»Sententia: antiqua scilicet regula formam  
 »scuti, quam toto semper orbe meum no-  
 »stris esse servatam. Verum haec mihi fauo.  
 »Neque enim hoc vestram credo latere pro-  
 »sentiam, qui in etiam aitione formastis  
 »sientes, quod per omnes provincias de Apis,  
 »stolis fonte petentibus responsa semper  
 »emanent. Praesertim quoties fidei ven-  
 »tilatio, arbitror omnes fratres et (ve)pisces  
 »nostros, non nisi ad Petrum, id est sui nomi-  
 »nis et honoris auctorem, referre debere, ve-  
 »lut nunc retulit vestra dilectio, quod per to-  
 »tum mundum possit eulogis omnibus in-  
 »commune prodesse. fiant enim, necesse est  
 »cautiores, cum inventores malorum ad duplicis  
 »relationem Synodi, sententia nostra statuta,  
 »viderint ab eulogistica communione sejunctos.  
 »Gemino igitur bono charitas vestra jungetur.  
 »Nam et Canonum potestatem gratia servatorum,  
 »et beneficium vestro totus orbis utetur. Quis enim  
 »Catholicorum virorum cum adversariis Christi  
 »velit ulterius miscere remonem? quis saltem  
 »ipsam hanc vita communione partiri?

Haec bina hujus S. Pontificii, loca nimis  
 aperte supremam Romanorum Pontificiam  
 auctoritatem et in fide infalibilitatem  
 declarant, quam ut vel Melidensis, vel Tur,  
 velius eis respondere ausi sint.

4. Tertium addimus ex illius Epistola  
 quarta, quae est ad Felicem Nucernanum  
 Episcopum\*. »Mirari si inquit ibidem non  
 »possumus, dilectionem tuam sequi instituta  
 »ta Majorum, omniaque, quae possunt alia,  
 »quam

\* ibid. p.  
 576. a.

"quam recipere dubitationem, ad nos, quasi  
"ai Caput atque Apicem Episcopatus referre,  
"ut consultata videlicet Sedes Apostolica, ea  
"in his rebus dubiis, certum aliquid faciendum,  
"que pronuntiet.

Verum quidam est, huius Innocentium  
de re solam disciplinam spectante fuisse con-  
sultum; an videlicet mutili et bigami essent  
ad Clericatus ordinem promovendi. At  
quod si tunc Episcopi arbitrati sunt, sibi non  
licere quidquam, quod merè disciplinam  
concerneret, disponere sine Summi Ponti-  
fici auctoritate; quanto fortiori jure con-  
sultendum, eos supremam illius in rebus fidei  
agnoscere auctoritatem et potestatem.

5. Scribens item ad Victorium Rothoma-  
gensis Episcopum: "Si autem si inquit, Ma" \* Bini. to. 1.  
"jores cause in medium fuerint devoluta, p. 573.  
"ad Sedem Apostolicam, sicut Synodus statuit,  
"et beata consuetudo exigit, post judicium  
"Episcopale referatur. Non hæc profectò  
videtur esse modernorum Gallicanorum  
Theologorum sententia; enim verò post  
huius Cleri declarationem factam in publicis  
Comitiis an. 1682. videntur tueri hujusmodi,  
si Majores causas, post Sedis Apostolicæ ju-  
dicium, ad Episcoporum etiam privatorum  
judicium perferri debere.

6. Nec minus aperte Romanorum Pontifi-  
cium supremam et infalibilem auctori-  
tatem declaravit Doctissimus Innocentius X.  
epos; quando, scribens ad Concilii Carthagi-  
nensis Patres, hanc Epistolam suam oribus \* ab an. 414.  
ext: "Quamvis Patrum traditis Apostolicæ pag. 611. a.  
"Sedi

» Sedi auctoritatem tantam tribuerit, ut da  
 » ejus judicio disceptare nullus audeat, idque  
 » per Canones semper regularique servaverit;  
 » et curans adhuc suis legibus Ecclesiastica  
 » disciplina Petri nomine, à quo ipsa quoque  
 » descendit, reverentiam, quam debet, exsolvat;  
 » tantam enim huic Apostolo Canonica antiqui-  
 » tas per sententias omnium voluit esse po-  
 » tentiam, ex ipsa quoque Christi Dei nostri  
 » promissione, ut et ligata solveret, et solu-  
 » ta viniret; per potestatis data conditio in-  
 » eos, qui Sedis hereditatem ipso annuente  
 » meruissent. Habet enim ipsa cum omni-  
 » um Ecclesiarum, tum hujus maximè, ubi  
 » sederat, curam; nec patitur aliqui privi-  
 » legi aut aliqua titubare auctoritate  
 » cui ipsa sui nominis firma, et nullis hebe-  
 » tata motibus constituit fundamenta, et  
 » que sine periulo temere nullus incesset.  
 » In supremam Romanorum Pontificum  
 » auctoritatem, ac in fide indefectibilitatem  
 » sat clarè, ni fallimur, propositam.

7. Illustrissimus Meldensis, cum nihil ha-  
 » beat, quod huic Sanctissimi Pontificis te-  
 » stimonio opponat, ut tamen vim idius  
 » infirmam reddat, contendit, idem pro-  
 » fesse Calixti Delagiani fidei professionem  
 » aperte Hæreticam. Sed Brasilem hunc in-  
 » felicitè huic laborasse, Capite sequenti de-  
 » monstrabimus.

8. Turnelius verò istud Siximi Pape  
 » testimonium non esse decretorium ait:  
 » j.º Quia fieri potest, ut aliquod judicium  
 » verum ac certum sit, tamen, qui idem pro-  
 » tulit, non habeat inerrantiam seu infalibi-  
 » tatem

\* Defens. Del.  
 part. 2. l. 14.  
 c. 36.

\* to. 2. q. 5.  
 a. 3. p. 289.

tatem iudicii. 2<sup>o</sup>. Quia Sedis Apostolica  
"decretis circa fidem et mores obtemperare  
"tenentur fideles omnes, quamdiu Ecclesia  
"non contradicit, nec reclamatur, quae certe vi  
"promissionum Christi reclamaret, si decretum  
"errorem proponeret ad credendum. 3<sup>o</sup>.

"Quia nulli privato, imò nec Episcopis aliius  
"Regni fas est, examini suo et iudicio prius  
"mae Sedis iudicia subijcere, ut ea corrigant,  
"aut reforment: istud ad Superiorem iudicem  
"pertinet, nempe ad Ecclesiam universalem,  
"qua sola Pontifice Superior est.

9. Sed haec omnia vel sola ultima Zozinii  
verba evanescunt, quibus absolute Sedem  
Apostolicam infalibilem esse pronuntiat.  
certè, quia hic S. Pontifex dicit, "quod  
"Apostolus non patitur, Sedem Apostolicam  
"nulla titubare aera sententia, eamque  
"nullus sine periculo et nisi temere inestet;  
manifestum est, idem censuisse, Romano  
cum Pontificum iudicia in fidei et morum  
questionibus lata eam semper certitudine viti,  
qua infalibilis sit, eaque auctoritate, qua  
suprema sit, et cui nullus nisi temere obvi-  
si possit.

Ad hoc ut id, quod 1<sup>o</sup> ad hunc  
3. Zozinii locum reponit Suenelius, nihil  
aliud esse videatur, quam vanum subterfu-  
gium, quo palam fuit, se hic deploratam  
causam agere.

10. Secundum, quod opponit, iam Capri,  
te II. explorimus\*, ubi nempe de isto Eccl. \* a. num. 47.  
haec reclamantis commento egimus. Neque  
Zozinus Ecclesiam ipsam forte reclamantem  
hic exiit, sed absolute et universaliter tue-  
tur

tur, nullum audere de Apostolica Sede ju-  
dicio disceptare, idemque nisi temere inesse-  
re. Et verò, qui excepisset, aut illius ne-  
minisse potuisset; quippe cum hujusmodi  
Eulefia reclamationis nulla apud Veteres no-  
ticia fuerit, qui Romanorum Pontificum  
Decreta tanquam Suprema et infalibilia, qui-  
bus nullus Catholicorum obistere audeat  
aut poppet, Sempet habuere? Ut ergo  
Turnelius aduersus S. Grogini Sententiam  
quidpiam probaret, demonstrare deberet,  
quod Eulefia vel semel contra Romanorum  
Pontificum fidei Decreta reclamavit: quod  
cum haud possit, nos verò contraarium aperte  
ostendamus, quod huc alium agere videtur,  
quam ut inania nobis verba reponat?

§§. Id, quod tertio loco exponit Sorbonicus  
noster, infra Capite X. prolixè refutabimus,  
ubi ostendemus, ex Declaratione Cleri gadi,  
cani an. 1682. manifestè sequi, quemlibet  
privatum Episcopum posse iudicium Sedis  
Apostolicae suo privato examini et iudicio  
subijcere. Imò ipse Turnelius, quidquid  
hic aperere videatur, alibi tamen aperte  
contendit, aulibet privato Episcopo jus esse  
emanata à Sancta Sede fidei Decreta ad  
Sacram Scripturam et Traditionem expendendi  
et examinandi, acceptanda, si illis conformia,  
reijcienda verò, si dissona invenerit.

Et quibus tabulis probabit Emeritus  
Grosopos noster, Eulefiam universalem esse  
Pontificia Superiorem, quod tamen huc tanta  
supponit fiducia? certè nusquam id à  
quoquam definitum est inveniet. Quod  
si ad Conventus Constantiensem et Basiliensem  
provocet. De priori dubitatur, num legitis-  
mus

mus tum fuerit, quando supremam habere se  
in Ecclesia auctoritatem declaravit; atque  
insuper Dubios duntaxat Pontifices ferit, non  
legitimum et indubitatum, de quo hic nobis  
est sermo. Basileense vero latrocinium,  
vel inde ab omnibus reprobatum est et exura,  
boni habitum, quod auctoritatem suam  
in legitimum Pontificem protendere ausum  
esset.

17. Miramur insuper, quod Turnelius hic  
solam Ecclesiam universalem Pontificis Superiorem  
agnoscat, quem tamen alibi incerto  
etiam, et non adeo rotabili Episcoporum  
numero subiecit\*. Ubi videlicet tuetur,  
quod, ut Pontificis quaedam fidei aut morum  
definitio irreformabilis, atque ita su-  
prema viti auctoritate confectur, sufficiat,  
si majori, vel etiam minori Episcoporum ei-  
dem consentientium numero fulta sit, neque  
ad hoc totius Ecclesie, vel Concilii Oecumenici  
consensus requiratur. Cum ergo ad hujusmodi  
plures, vel pauciores Episcopos pertineat, con-  
firmare Pontificum Decreta, eisque supre-  
mam et irreformabilem auctoritatem tribue-  
re; ad eos etiam pertinebit illa rejicere, si  
forte quidpiam erroneum in eis deprehende-  
rint: Sicque quemadmodum ab ipsis robur  
immutum obtinent, ita et valorem  
amittent; non enim potior ratio vide-  
tur, cur illud ad ipsos pertineat, non vero  
istud. Ergo hujusmodi Episcopis fas utique  
erit iudicio et examini suo iudicia primae  
Sedis subijcere, sive ut ea confirment, sive  
ut ea rejiciant, eruntque Pontifici ipso  
Superiores, non sola duntaxat Ecclesia uniu-  
versalis;

\* loc. cit.  
4. 5. a. 3.  
p. 162.  
et seqq.

verfalis; quidquid huc demum sentire videtur  
Tusnelius.

\* ab an. 418. 13. Bonifacius 8<sup>o</sup> Romani Successor\*, scribens  
ad an. 422. ad Orientales Episcopos, haec inter alia loquitur\*  
\* Ep. 18.  
"In cuius S. Petri; contumeliam quisquis impu-  
"git, habitator caelestium non poterit esse regno-  
"rum. Tibi, inquit, dabo claves Regni coelo-  
"rum, in qua maledictus sine gratia janitoris  
"intrabit. .... Nemo unquam Apostolico culmi-  
"ni, de cuius iudicio non licet retractari, ma-  
"nus obvias audacter intulit; nemo in hoc re-  
"belle extitit, nisi qui de se voluit iudicari.

Ad hunc Bonifacii locum silet M<sup>o</sup> d<sup>o</sup> d<sup>o</sup>  
Sis; Tusnelius vero eandem responsionem ad-  
hibet, quam 8<sup>o</sup> Romani textui adhibuit, eam  
et nos solide satis, ut arbitramur, explori-  
mus.

\* ab an. 422. 14. Celestinus I. qui post Bonifacium Romani  
ad an. 432. Apostolica auctoritate est\*, sententiam dam-  
nationis in Nestorium tulit, data ad eum  
\* Bri. to. 1. Epistola, quam huc concludit\*  
pag. 717. 6. "Hoc tibi persuasum habeo velim, nisi de Chri-  
"sto Deo nostro ea temeris, et dixeris, qua  
"et Romana, et Alexandrina, et universa  
"Ecclesia Catholica tenet et docet, sanctaque  
"magna Constantinopolis Ecclesia usque ad  
"tuum Episcopatum tenuit et docuit, et per-  
"fidam illam novitatem, qua ea divellere  
"nititur, que sacra Scriptura conjungit, in  
"tra decem dies, post ~~hanc~~ hanc admonitionem  
"ad te perlatam enumerandos, aperta scripta,  
"que confessione detestatus fueris, ac repudia-  
"veris, ab universa Catholica Ecclesia communio-  
"ne quamprimum te expulsam, propriis tuncque  
"viri. .... Quam nostram in te iudicii formam  
"lam

"Cum ..... ad Sanctum Cyrillum ..... Alexandri,"  
 "na Eulafia Episcopum ..... transmisimus, ut  
 "noster hac in parte Vicarius officiat, quò nostrum  
 "Decretum, et tibi, et reliquis quoque omnibus  
 "Sacerdotibus patefiat: Nam cum aliqua de re  
 "communi deliberatio suscipitur, tunc omnes,  
 "quid actum, Statutumve sit, intelligere oportet.  
 "et.  
 15. Viden' hic Colectivum tanquam supre-  
 mum Judicem ferre Sententiam, quae nulli  
 reformationi subiecta sit. Et quamvis  
 postea nihilominus Concilium Ephesi, ita-  
 cupiente Theodosio Imperatore, quem Nesto-  
 rius mendacius circumvenerat, convocatum fue-  
 rit, in quo haec istius S. Pontificis in hunc  
 Haereticum sententia lecta fuit, ac ipse  
 secundum eam damnatus; id factum est,  
 non ut Summi Pontificis sententia novo  
 examini subijceretur, prout perperam con-  
 tendit Turnelius; quippe quae in Romano  
 Concilio publicè super relatione Alexandri-  
 na Synodi dictata fuerat, atque jam à plu-  
 ribus Orientis Eulafis et fidelibus acceptata.  
 quod Turnelio sufficit, ut Summi Pontificis  
 definitio intractabilis evadat: ~~Sed~~ ut  
 Nestorii pernicia omninò frangeretur, nec  
 non Papae sententia majori, ut ajunt, pom-  
 pa et apparatu executioni mandaretur,  
 Nestoriusque damnaretur. Id enim cum  
 ctis Haereticis semper solemne fuit, tunc  
 demum appellare Concilia, cum se à S. Sede  
 damnatos vel damnandos pervident, quam-  
 vis nulla illis voluntas sit hujusmodi Concilio,  
 cum sententia acquiescendi. Sic etiam  
 Nestorius\*, cum à Joanne Antiocheno Patriar. \* Bin. to. i.  
 cha p. 651. a.

ha accepisset, Romanum Pontificem et Cyridum Alexandrinum ad praecipuos orbis Christiani Episcopos de turbis, quas passim conuulsauerat, deque doctrina ratione, quam in vulgus profeminabat, gravissime scripsisse; eisdemque in tanta rerum perturbatione silentium nequaquam auturos esse; Ribi proinde rebusque suis profectum cupiens, Theodosium Augustinum adiit, eundemque multis impudentissimis mendaciis et calumniis, ut Cyridum comminaretur, atque silentium imponeret, induxit: quo causa fuit, ut huius Alexandrinus Episcopus libros de re in Dominum nostrum fide ad Imperatorem ejusque sorores mitteret, liberoque ore Synodum secumenicam peteret. Eandem etiam petierat Nestorius, Galatinorum quorundam, qui magnas molestias postea Anulio attulerunt opere fractus. Ad omnium maxime urgebant Monachos, ut qui, propter atrocissimas vexationes, quas ob propugnatum Catholicam fidem sustinuerant, à Nestorio alienissimi essent.

15. Haec cogendo Synodi fuerit causa, in qua, ringentibus licet fidei inimicis, veritas de errore et mendacio triumphavit; Pontificisque sententia, super relatione Synodi Alexandrinae et consultatione Concilii Romani lata, immota persistit.

16. Et sane alionam à Turnelio mentem habuisse Celestinum Papam comprobatur communitorium, quod huius ad Synodum Legatis consignaverit. "Ad disputationem

\* apud Christiani inquit ibidem: "Si fuerit doventum, vos de Lup. vario. " eorum sententia iudicare debetis, non su. Cat. Hist. cap. 236. " bice certamen. Non ergo arbitrabatur Pontifex

Pontifex, Sententiam suam novo examini fore subijciendam; atque, ut esset irrefragabilis, expectandum esse Episcoporum consensum; Sed jubebat Legatos suos, ut de aliorum Sententiis ipsi iudicarent, atque ex ipsius iudicio ac instructione, quam illi dederat, varie Sententiarum Episcoporum suffragia componerent, ~~atque~~ nec non ad unitatem reducerent.

17. Sixtus III. Papa. Epistolam ad Joannem Antiochenum, qua ei de pace cum Cyrido invita gratulatur; sic inter alia cum abloquitur: "Hae Sanctitatem tuam <sup>\* ab an. 432.</sup> <sup>ad an. 440.</sup> <sup>\* Bin. lo. i.</sup> volumus praedicare qua scribis: expertus <sup>pag. 925. a.</sup> es negotii presentis eventum, quid sit sentire nobiscum. B. Petrus Apostolus in Successoribus suis, quod accepit, hoc tradidit. Quis ab eius se velit separare doctrina, quem ipse inter Apostolos primum Magister edouit? Non hunc auditus per alterum, non sermo lectus instruit: doctus est ~~ad~~ cum aliis ore Doctoris: non Scriptura, non Scriptura cum passus est questionem; absolutam et simplicem fidem, et qua controversiam non haberet accepit.

Vides huc Pontificem voluit indubitatum supponere Beatum Petrum Successoribus suis transmississe quod accepit, absolutam quippe et simplicem fidem, qua controversiam non haberet; non eam, qua ab Episcopis novo examini subijci posset, atque reuiv, prout ineptè contendunt Meldensis et Tursnelius. qui etiam ad istud hujus Pontificis testimonium altum silent.

Unicum.

\* ab an. 440/8. <sup>ad an. 461.</sup> Unicum huc ex S. Leone <sup>\* Sixti Successore</sup>

re locum adnotabimus, plura dicturi, ubi  
\* inf. cap. 7. ad Calcedonense Concilium pervenerimus.\*

Ita igitur huc S. Pontifex, Serm. 3. de Assum-  
\* apud Bellarmino sua ad Pontificatum, loquitur: "Spe-  
c. 4. de Rom. provincialis cura Petri à Domino suscipitur, et  
Cont. c. 3.

"pro fide Petri proprie supplicatur, tan-  
quam aliorum status certior sit futurus,

"si mens Principis vita non fuerit. In

"Petra ergo omnium fortitudo munitur: et

"divina gratia ita ordinatur auxilium,

"ut firmitas, qua per Christum Petro tribui-

"tur, per Petrum Apostolis ceteris confere-

"tur. Hic Launojus\* male fidei amulat Bellar-

\* parte 5.  
cap. 2.

minum, eo quod omisset eam textus par-

tem, in qua Passiois ~~sub~~ fit mentio; Unde

ipfi videntur hec de Petro tantum, ac

pro tempore passionis Christi duntaxat à

S. Leone dicta fuisse.

\* lib. 7. c. 12. De libertatibus Ecclesie Gallicane\*, ut Lau-

noij cavillationem retunderet, alteram

partem hujus S. Leonis testimonii, quam

ipse Launojus omiserat, et in qua fit

Sermo de tempore post Passionem Domini

reddidit. Id Turnelius dissimulat,

atque exscriptum duntaxat Launoij argu-

mentum Bellarmino obijcit, prout supra

jam adnotavimus.\* Hic ergo ea, qua

\* cap. 2.  
n. 70.

ibidem retulimus, deinceps repetimus, atque

subdimus ea, qua S. Pontifex memorato

loco prosequitur. Sic ergo ait: "Cum ita

"que dilectissimi, tantum nobis videamus

"prospidium divinitus institutum rationabi-

"liter

"liter et justè à Juis nostri meritò, et digni-  
"tate letamur, gratias agentes sempiter-  
"no Regi Redemptori nostro Jesu Christo,  
"qui tantam potentiam dedit ei, quem  
"totius Ecclesie Principem fecit, ut si quid  
"etiam nostris temporibus rectè per nos agitur,  
"rectèque disponitur, idius sit gubernaculis,  
"deputandum, cui dictum est; Et tu con-  
"firma fratres tuos, et cui post resurrectionem  
"suam Dominus æterni amoris pro-  
"fessionem mystica infirmatione ter dixit;  
"Pasce oves meas: quod nunc quoque procul  
"dubio facit, et mandatum Domini p. Ba-  
"stor exequitur, confirmans nos cohortatio-  
"nibus suis, et pro nobis orare non cessans.  
19. Non utique contendet Turnelius, Chri-  
"stum post passionem suam Petro commen-  
"dasse oves suas, ut eas tempore passionis  
"pasceret. Neque etiam hæc verba S. Leo-  
"nis; Quod nunc quoque procul dubio fa-  
cit p. ad idud tempus referet. Unde  
concedat, oportet, hoc Sancti hujus Papa  
testimonium de alio etiam, quam passio-  
nis Christi, tempore, esse intelligendum.  
20. S. Simplicius Papa\*, Epistola ad De<sup>abon.</sup> 468.  
nonem Augustum. Restat p. inquit; <sup>ad an. 483.</sup>  
"in suæssoribus suis hæc et eadem Aposto-  
"lice norma doctrina, cui Dominus to-  
"tius curam ovilis injunxit, cui de usque  
"ad finem sæculi minimè defuturum, cui  
"portas inferi nunquam prevalituras esse  
"promisit; cuius sententia, qua ligarentur  
"in terris, solvi, testatur seft, non posse nec in  
"coelo

"Coelo. Haec pro indefectibilitate Sedis  
 "Apostolicae ac Romani Pontificis clara  
 "Sunt, quam ut Commentario indigeant.

\* ab an. 492. 21. De Gelasio Papa\* jam supra Capite  
 ad an. 495. III. annuum. 30. et Capite IV. num. 6. et 7,  
 quaedam tetigimus, ubi etiam Turneli-  
 um hujus Pontificis auctoritate abu-  
 tentem repulimus. Tria huic adhuc  
 loca ex ipso proferimus. Primum hu-

\* Bin. to. 2. torio, ubi haec eloquitur: "Ineptias itaque  
 pag. 238. a. Tuas sibi seruent, nisi respiciant, potius  
 "cogitantes Christi vocem non esse Super-  
 "fluam, quae confessioni B. Petri Aposto-  
 "li inferni portas nunquam prevalitu-  
 "ras aperuit. Quapropter non veremur,  
 "ne Apostolica sententia resolvatur, quam  
 "et vox Christi, et Majorum Traditio, et  
 "Canonum fulit auctoritas, ut totam  
 "Eclesiam potius ipsa dijudicet. Sed cogi-  
 "tent magis, si quis in eis est religionis  
 "sensus, ne pravitatem suam imdatenus  
 "deponentes, apud Deum hominesque De-  
 "dis Apostolica perpetua Constitutione dam-  
 "nentur.

22. Alter locus legitur in Epistola ad Epi-  
 scopos Dardaniae; ubi inter alia sic loquitur  
 \* ibid. p. 249. tur Gelasius: "Non reticemus autem, quod  
 "unita per mundum novit Eclesia; quoniam  
 "quorumlibet sententia ligata Pontificum,  
 "Sedes B. Petri Apostoli jus habet resolvere,  
 "di, ut potest quod de omni Eclesia fas ha-  
 "beat judicandi, neque unquam de ejus  
 "liceat judicare iudicio, si quis ad idam  
 "de

»De qualibet mundi parte Canones appellari,  
»voluerint, ab illa autem nemo appellare  
»sit permiffus..... Sed nec illa preterimus,  
»quod Apostolica Sedes frequenter, ut di-  
»tum est, more Majorum etiam sine  
»ulla Synodo procedente, et absolventi,  
»quos Synodus inique damnauerat, et  
»damnandi nulla Synodo existente, quos  
»oportuerit, habuerit facultatem.

23. Illustriſſimus Meldensis ad humiles  
cum reſpondet: »Summam Doctrina Gela-  
»ſiana eſt, poſtquam hereseon authores  
»ſemel ab Ecclēſia ſiniverſa damnati ſunt,  
»non eſt neceſſarias ad verſus ſcittatores eo-  
»rum novas ac ſpeciales Synodos..... Sed  
»eſt à Deo conſtitutam Sedis Apoſtolice  
»potertatem, que communis ſententis exe-  
»cutrix hereticos ſola proſternat..... Quod  
»autem ſine Synodo iudicaſſe Pontifices  
»dicit Gelafius, id de iudicio proviſorio  
»eſt intelligendum duntaxat.

part. 2.  
l. 14. c. 14.  
pag. 273. b.

24. At unde hoc colligat Meldensis, pro-  
fecto non videmus. Saltem id omnino cer-  
tum est, illa non haberi ex adductis Gela-  
ſii verbis, ut ea legenti patet. Nihil  
quippe hinc loquitur S. Pontifex de ha-  
reseon authoribus ab univerſa Ecclēſia  
jam damnatis: verum potius contendit  
univerſam Ecclēſiam à Romano Episcopo  
iudicari, ita ut nulli amplius liceat de  
illius iudicare iudicio p. Neque ipſi deſer-  
est De iudicio proviſorio: quin potius  
vult, Romanam Sedem ſine ulla Synodo  
non modo damnandi, quos Synodus  
abſolverat,

absolverat, Sed et absolventi, quos ipsa  
 damnaverat, habere facultatem et pri-  
 vilegium. Quis vero risum contineat,  
 quando videt Meldensem hac ita inter-  
 pretantem, ut Gelasius non aliud in-  
 telligisse dicatur, quam Sedem Aposto-  
 licam, haereson auctoribus semel ab  
 Universâ Eclesiâ jam damnatis, esse  
 non nisi exeuctricem communis senten-  
 tia in prosternendis hereticis?

\* ibid.

25. At animadvertens ipse hanc  
 am Gelasiani textus paraphrasim om-  
 nino vanam et futilem esse, eò tan-  
 dem se ad huc patitur, ut concedat,  
 non in omnibus causis Romanum Ponti-  
 ficem Concilio Subijci. "Absit si inquit  
 "ut velimus Sedem Apostolicam in omni-  
 "bus causis Concilio Oecumenico esse Subje-  
 "ctam, cum multa sint, quae vel sola  
 "disponente prohibeat, atque disturbet,  
 "cujus consensionem atque sententiam  
 "in maximis rebus maximè exquirendam  
 "perpetua traditio docet.

Verum neque sic Gelasii mentem  
 assequitur. vult nempe hic S. Pontifex,  
 Sedem Apostolicam in nullis omnino cau-  
 sis Concilio seu Eclesiâ esse Subjectam, sed  
 potius ut ipsa totam Eclesiam iudicet,  
 haecque ibi Subjecta sit, prout cum  
 praecedenti, ad quem Silet Meldensis,  
 tum isto loco, ad quem Siler. Satis ipse  
 fuisset, adnotatum est.

26. Tertius denique locus S. Gelasii,  
 legitur in Epistola ad Anastasium Im-  
 peratorem; ubi commendatâ Suprema  
 Romanorum Pontificum in Eclesiâ digni-  
 tate

tate: "Hoc est si inquit" quod Sedes Aposto<sup>\*</sup> Bini. to. 2. pag. 242. G.  
 "lia magnopere cavet, ut, quia mundora"  
 "dix est Apostoli gloriosa confessio, nulla  
 "rima pravitatis, nulla prossius contagio"  
 "ne manulatur. Nam si si quod Deus avor"  
 "tat, quod fieri non posse confidimus, si ta"  
 "le aliquid proveniret, unde unquam re"  
 "sistere audeamus errari? vel unde correctio"  
 "nem errantibus posceremus?"

"Hic inquit Bellarminus\* / "Gelafius \* loci sup. cit.  
 "docet, non posse Apostolicam Sedem erra"  
 "re: quia cum ejus praedictio et confessio  
 "sit radix mundi, si ipsa erraret, totus  
 "mundus erraret."

27. Turnelius\*, cum non habeat, quod \* to. 2. q. 5. a. 3. p. 251.  
 "solidè ad haec Gelasii testimonia repo"  
 "nat; ne tamen nihil omnino dixisse vi"  
 "deatur, mutrata ab Illustrissimo Mel"  
 "densi responsione, qui hoc Gelasii effatum  
 "pium votum piamque fiduciam nun"  
 "cupat\*; in hoc ultimo verborum apices \* part. 2. l. 15. c. 9. pag. 341.  
 "infertatur, atque, "absolutè non dicens"

"Gelafium, Sedem Apostolicam nulla con"  
 "tagione manulari, sed cavere ne manula"  
 "tur; id vero cavet adhaerendu toti Ec"  
 "clesiae. Praeterea etsi absolutè promun"  
 "tiasset Gelafius, Romanam Sedem nulla  
 "contagione manulari, an inde rectè effi"  
 "ceres eam non posse manulari? Duo  
 "sunt valdè diversa, prius est facti, alter  
 "rum juris: et qui prius testatur, postea  
 "rius non idcirco concedit.

Verum

28. Verum haec omnino vana sunt. Nam quoad ipsum, omisso, quod inde sequatur in questionibus fidei et morum non plus esse Romano Pontifici auctoritatis, quam unilibet alii privato Episcopo; hic enim tunc etiam cavet, ne contagione aliqua maculetur, quando adhaeret toti Ecclesiae. Hoc, inquam, omisso, dicimus ideo Sedem Apostolicam esse in fide indefectibilem, quia semper cavet, curamque gerit, ne vda contagione maculetur, utique semper toti Ecclesiae, seu potius tota Ecclesia ipsi adhaereat tanquam Corpus Capiti, id est, ut veritas haec Apostolica cum semper scietur doctrinam, quam Christus et Apostoli Ecclesiae ipsi consignarunt; non quod, prout perperam velle videtur Turnelius, ab ipsa Ecclesiae doceatur, et regatur; neque enim Corporis est Caput regere, aut docere; sed quod eam doceat et regat. quemadmodum, dum omnium Patrum sententia est.

29. Alterum, quod addit Bosonius noster vel priora duo S. Gelasii testimonia elidunt, ubi nempe hic S. Pontifex supremam et infalibilem Sedis Apostolicae auctoritatem pro omni tempore in Christi promissione, Traditione et Canonibus fundatam pronuntiat. Et sane Turnelium fugere non debuisse, ~~Gelasium~~ ipsum, quem ipse velicit, loco, Gelasium esse uti argumentis, quod non nisi ad omnes omnino Romanos Pontifices referri possit et debeat: ait enim, vda Sedem Apostolicam vda contagione maculari, quod nunquam

Do radix sit Apostoli confessio, quod alias  
tota Eulefia in errorem prolaberetur, nullus,  
que foret amplius, qui errori resisteret,  
atque errantes corrigere. Unde correctio-  
nem errantibus posceremus?

Quis  
non videt, hoc argumentum ad omnes om-  
nino Pontifices extendi debere? Aut  
forte minus nunc magno radix est Apo-  
stoli gloriosa confessio, quam Gelasii tempo-  
re? minus ad illius luvestores pertine-  
bit, quam ad ipsum errorem obistere, erran-  
tesque corrigere?

30. Dolendum sane fuit Anastasio  
Augusto; quem huius Gelasius perstringit,  
eoquod supremam et infalibilem ipsius au-  
toritatem detractare videretur. Dolens  
dum inquam, ipsi fuit, quod modernorum  
Gallicanorum Theologorum principis nec-  
dum imbutus fuerit; quam prompte et  
apposite enim Gelasio respondisset; De-  
um Apostolicam, etsi haecenus manulata  
non fuisset, tamen posse manulari; hoc  
esse iuris, idem facti, quae omnino diversa  
essent; nec eum, qui prius ~~testatur~~  
testatur, iuribus posterius negare. Vanum  
primum timorem esse Pontificis, ne deficien-  
te a fidei tramite. Sed Romano, Eulefia  
etiam laberetur, a quo nempe cum tutum  
videret Christi promissio Eulefia facta;  
adversus eam porta inferi non prevalebunt.  
Vobisum sum omnibus diebus. Nihil  
tamen huiusmodi ab Anastasio Imperatore  
Gelasio responsum fuisse invenimus.

Ceterum

\* Eusebius  
eccl. 2. 4. 5.  
a. 3. p. 209.

31. Ceterum cum laudatus S. Pontifex non solum aspiceret, Romanam Sedem nulla contagione maculari, sed etiam non posse maculari, ut ipsius verba manifestant, apertum est, illum censuisse, eam tam de facto, quam de jure esse infalibilem, dumque ipse illud supponit, alterum satis valida ratione probat; ait enim, si tale aliquid proveniret; id est si fieri posset, ut Suprema Sedes macularetur, unde unquam resistere audeamus errori, vel unde correctionem evadentibus posceremus? Porro si nunquam à Summis Pontificibus quidpiam velut fide divina credendum toti Ecclesie propositum est, quod revera de fide non fuerit, et quod non ab omnibus Summa observantia susceptum atque ut tale habitum fuerit; quid vetat credere Spiritum Sanctum, qui hucusque Summis Pontificibus res fidei ex Cathedra definit, tibus semper adfuit, in posterum etiam adfuturum, ut infalibilitate judicent? At providi Galli malo, quod nunquam fuit, nec unquam futurum est, remedium parant, omisso interim vero et presenti Ecclesie hoc malo, cui vix alias mederi possint, nisi illud ab ipsis reducatur Romam, in Pontificis Suprema et infalibilis auctoritas.

32. Nec Turnetii argumentum juvat, quod Gelasius utatur verbo confidimus; eo enim hic non aliud innuere vult S. Pontifex, quam quod certo credat, nunquam futurum, ut Sedes Apostolica aliqua contagione maculatur. In ipse verborum contextus

Summorum Pontificum stabilitas p 177

textus aperte demonstrat: ideo namque Sedem Apostolicam inmaulata[m] pronuntiat, quod Apostoli confessionem, qua est mundi radix, teneat; quod, si eam maulari contingeret, nullus esset amplius, qui errori obfisteret, aut errantes corrigeret, siquae necessario ipsa Ecclesia deficeret, et propter. At pro certo credebat, haec omnia esse impossibilia; credebat ergo etiam pro certo, Sedem Apostolicam nunquam fore maulandam; utitur nempe argumento ab impossibili, atque ex uno impossibili demonstrat aliud impossibile.

33. Quod denique Turnelius addit; haec videlicet scripsit Gelasium facta solummodo comparatione Sedis Romanae ad alias tunc temporis Ecclesias, et accommodate ad causam Eutychianam: ineptius est, quam ut censuram nostram mereatur. Certè Gelasius pro omni tempore et comparate ad omnes totius mundi Ecclesias locutus est.

34. S. Gregorius Magnus\*, ad Vigilium, suum <sup>\* ab an. 590 ad an. 604.</sup> in Gallias Vicarium scribens, hanc Epistolam suam contulit: "Si qua verò inquisitione <sup>\* Bui. to. 2. pag. 789. b.</sup> de fide, vel fortasse aliarum rerum inter Episcopos causa emerit, quae diffe-  
"difficilius possit, coelectis duodecim Episcopis  
"ventiletur atque decidatur. Si autem decidi  
"nequiverit, disussa veritate ad nostrum  
"iudicium referatur."

In Epistola item ad omnes Galliarum Episcopos\*. "Si quam verò inquisitione <sup>\* Bui. ibid. pag. 790.</sup> verionem

"tionem, quod longe fariat divina potentia,  
 "de fidei causa evenire contigerit, aut nego-  
 "tium emerit, cuius vehemens sit fortasse  
 "dubitas, et pro sui magnitudine iudicis  
 "Sedis Apostolica indigeat; examinata dili-  
 "gentius veritate, relatione sua ad nostram  
 "studet pervenire notionem: quatenus a  
 "nobis valeat congrua sine dubio sententia  
 "terminari. Haec S. Gregorii verba  
 commentario non indigent. Id ipsum  
 ultro agnovit Meldensis, et Turnelvis,  
 ut qui hic nihil respondeant.

\* ab an. 678.  
 ad an. 682.

35. Duo ex Agathone Papa\* proferimus  
 loca. Hic ergo S. Pontifex in Epistola  
 ad Augustos, pro convocazione Synodi, haec  
 inter alia scribit: "Et ides porrigere di-  
 "gnemini clementissimam dexteram Apo-  
 "stolica doctrina, quam cooperator pio-  
 "rum laborum vestrorum Beatus Petrus  
 "Apostolus tradidit, non ut sub modio conda-  
 "tur, sed tuba clarius in toto orbe predi-  
 "cetur: quia ejus vera confessio, a Patre  
 "de Coelis est revelata, pro qua a Domino  
 "omnium beatus esse promuntiatus est Pe-  
 "trus: qui et spirituales oves Eclesiae ab  
 "ipso Redemptore omnium, aeterna commens-  
 "uratione possendas suscepit: cuius adniten-  
 "te presidio, haec Apostolica ejus Eclesia  
 "nunquam a via veritatis in qualibet  
 "erroris parte deflecta est, cuius authorita-  
 "tem, ut potè Apostolorum omnium Princi-  
 "pis, semper omnis Catholica Christi Eclesia  
 "et universales Synodi fideliter amplecten-  
 "tes, in unitis sedibus sunt, omnesque ver-  
 "rabiles Patres Apostolicam ejus doctrinam  
 "nam

\* Bui. to. 3.  
 part. 1. p. 13.

nam amplexi, per quam et probatissima  
Ecclesia Christi luminaria claruerunt, et  
Sancti quidem Doctores Orthodoxi venerati,  
atque Sancti sunt; Hæretici autem falsis  
criminationibus ad derogationem  
inseuti..... Hæc est enim vera fidei re-  
gula, quam et in prosperis et in adversis  
vivaciter tenuit ac defendit hæc spiritalis  
mater vestri tranquillissimi Imperii  
Apostolica Christi Ecclesia; qua per Dei  
omnipotentis gratiam à tramite Apo-  
stolica Traditionis nunquam evase probabitur,  
nec hæreticis novitatibus depravata succumbit:  
Sed ut, ab exordio fidei Christiana, perceperit  
ab authoribus suis Apostolorum Christi Prin-  
cipibus, indubitata sine tenus permanet, se-  
cundum ipsius Domini Salvatoris Divinam  
prohibitionem, quam horum Discipulo-  
rum Principi in sacris Evangeliiis factus  
est: Petre Petre: inquit, eue satanas  
expetivit, ut scriberet vos, sicut qui cribrat  
triticiam, ego autem rogavi pro te, ut non  
deficiat fides tua; et tu aliquando conver-  
sus confirma fratres tuos. Consideret ita-  
que vestra tranquilla clementia, quoni-  
am Dominus et Salvator omnium, cuius  
fides est, qui fidem Petri non defecturam  
promisit, confirmare cum fratres suos ad-  
monuit, quod Apostolicos Pontifices mea-  
reignitatis predecessores, confidenter fuisse  
semper, unitis est cognitum.

De Legatis vero suis in eadem Epistola  
agens: Licentiam prout inquit, eis, sive  
authoritatem

\*Prin. ibid.  
p. 13. a.

"auctoritatem, sedimus apud tranquillissimum  
 "vestrum Imperium, dum iusserit ejus Cle-  
 "mentia, simpliciter satisfaciendi, in quan-  
 "tum eis duntaxat injunctum est, ut nihil  
 "profecto profumant augere, minuire, vel  
 "mutare, Sed traditionem hujus Apostolica  
 "Sedis, ut à Praedecessoribus Apostolicis Con-  
 "tinentibus instituta, sinceriter enarrare.

36. In Epistola verò, quam nomine  
 sua Romana Synodi ad ipsius Concilii VI.  
 Oecumenici Patres enaravit, haec inter alia  
 \* ibid. p. 21. loquitur: "Catholica atque Apostolica ve-  
 "ra nostra fidei splendidissimum in omnium  
 "mentibus emicat lumen, quod..... per mi-  
 "nistros beatos Petrum et Paulum Apostolo-  
 "rum Principes, eorumque Discipulos et  
 "Apostolicos Successores, gradatim usque ad  
 "nostram parvitatem Dei opitulatione  
 "servatum est, nulla haeretici erroris tetra  
 "caligine tenebratum..... personas..... pra-  
 "vidimus dirigere..... non tanquam de in-  
 "certis contendere, Sed ut certa atque immu-  
 "tabilia compendiosa definitione proferre  
 "..... Qui verò haec confiteri noluerint,  
 "ut infertos Catholica atque Apostolica  
 "confessione perpetua condemnationis  
 "reos esse censemus.

37. Launojus, ut vim horum testimonio-  
 rum eludat, respondet, hinc ab Agathone  
 commendari quidem Romanae Sedis, sed  
 fidentem fidem; non vero Romani Con-  
 tinentis. Haecque responsionem omnibus  
 Veterum testimoniis, in quibus de Sede Apo-  
 stolica, ejusque infalibilitate sit mentio, adjungit.

Sed quam nihil solidi habeat haec re-  
 sponsio, iam Capite I. ostendimus. falso  
 praeterea supponit Launojus, prout opti-  
 mi advertit Turnelius\*, Agathonem de sola  
 Sede loqui, non de Sedentibus in ea Petri  
 Successoribus. "Quid enim inquit laudatus  
 Turnelius? "Sonant ista prioris Epistola  
 "verba? Dominus fidem Petri non defectu,  
 "tam promisit, et confirmare eum fratres  
 "Tuos admonuit; quod Apostolicos Pontifices  
 "confidenter scisse semper, venit est co-  
 "gnitum. Quid ista Epistola posterioris?  
 "Lumen fidei primum ractenus servatum  
 "est per ministros Petrum et Paulum, co-  
 "rumque Apostolicos Successores. Haec  
 "ne verba legit Launojus? et si legit, quo-  
 "modo dicere potuit, Agathonem de sola  
 "Sede Apostolica loqui, non de Sedentibus  
 "in ea Pontificibus?"

\* Co. 2. q. 5.  
 a. 3. p. 227.

38. Illustrissimus Meldensis\*, ut se ab hisce  
 Agathonis testimoniis liberet, totis viribus  
 magnaque verborum pompa et apparatu  
 in Liberium et Honorium Pontifices invahi-  
 tur. Sed quid ad hunc Agathonis locum  
 dubii Summorum Pontificum Liberii et  
 Honorii lapsus? Loquitur hic Agatho  
 de Sede Apostolica ac Summo Pontifice tan-  
 quam publico vulgari Pastore, qui ei  
 quidpiam fide credendum proponit. Libe-  
 rius vero et Honorius, ut privati homines  
 in aliqua parte a recto tramite deflexisse  
 forte, visi sunt; iste quidem consentiendo,  
 ut binarum Christi voluntatum et operatio-  
 num voces tacerentur; ille vero captivus  
 ab

\* part. 2.  
 lib. 12.  
 et alibi  
 passim.

ab Arianis oblatae fidei formula subscriben-  
do. An quidpiam de fide credendum toti  
Ecclesiae proposuerunt? id certe nunquam  
Idustriissimus noster probabit.

39. Eo autem modo, quem primum recen-  
simus, ambas Agathonis Epistolas esse in-  
